



**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonae, 1673**

Articulus 6. De Amissione privil. Per Præscriptionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](#)

ARTICULUS VI.

De Ammissione Privilegiorum per  
Præscriptionem.

S V M M A R I V M .

1. Privilegia amittuntur per præscriptionem.

Et quæ 3. 4.

1. Privilegia computantur inter bona.

4. Nulla præscriptio currit contra Cassinenses.

Q Uia ratione ego dixi in c. 3. hujus  
sect. acquiri privilegia per viam  
præscriptionis, eadem per proportio-  
nem amittuntur, servatis nimurum ex  
parte præscribentis, contra privilegia-  
tum, his quæ ad complendam præscrip-  
tionem requiruntur, ex dispositione ju-  
ris quæ ibi ego tetigi, & ideo repetere su-  
perfedeo. Nam quia privilegia compu-  
tantur inter bona, ut inter alios notat  
2 Portel. v præscrip. cont. bona. num. 1 ideo  
potest contra ipsa, jus acquiri, ipsaque  
pollunt tolli à privilegiato per viam præ-

scriptoris, ut quævis alia jura vel bona.  
c. placuit. 16. q. 3. c. sanctorum, c. de quarta.  
c. illud. c. ad aures de præse. & c. accedenti-  
bus, de privil. & l. cum in longi. C. de præse,  
longi temp.

Quod tamen venit intelligendum, de  
de privilegiis privatorum, vel particula-  
rium ecclesiærum, non de his quæ sunt  
concessa Cassinens. aut habentibus be-  
neficium communicationis, cum ipsis,  
nam licet præscriptio compleatur spatio  
10. annorum inter præsentes, 20. inter  
absentes, aut 40. si agitur contra ecclæ-  
sian, &c. Attamen contra Congrega-  
tionem Almam Cassinens. & ejus mona-  
steria, nullo tempore compleri potest  
præscriptio, ut videbimus sect. 3. ubi de  
bonis. num. 4. Et sic quæ dicta sunt de a-  
missione privilegiorum per præscriptio-  
nem, intelligi debent, ut jam monui  
de privilegiis privatorum, non  
vero regularium.

\* \* \* \*



H 2

SECT.